

## **Dissertatio inauguralis medica de aytocheiria / [Friedrich Hoffmann].**

### **Contributors**

Hoffmann, Friedrich, 1660-1742.  
Fasch, A. H.  
Universität Jena.

### **Publication/Creation**

Jena : Werther, 1720.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/zygdmaf2>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

A &amp; Ω.

DISPVVTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

**A Y T O X E I P I A,**

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE  
*GRATIOSÆ FACVLTATIS MEDICÆ  
JENENSIS,*

P R A E S I D E

**DN. AVGVSTINO HENRICO  
FASCHIO, D.**ANATOM. CHIRVRG. ET BOTAN. P. P. ARCHIATRO  
DVCALI SAXONICO ET p. t. COLLEGII SVI  
DECANO SPECTATISSIMODOMINO PRÆCEPTORE, PATRONO AC STVDIORVM  
MEORVM PROMOTORE PER ÆTATEM SANCTE  
COLENDΟ,**PRO LICENTIA,**IMPETRANDI SVMMOS IN MEDICINA HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA,

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBJICIT


**FRIDERICVS HOFFMANNVS**  
HALLA-SAXO,IN AVDITORIO MEDICORVM  
AD d. XXXI. JANVAR. A. O. R. M DC LXXXI.

J E N Ā,

RECVSA TTPIS VVERtherianis.

1720.





## J. J.



Uod si quis stupendam humani corporis machinam, quam dicunt *automaticam*, juxta regulas motus legesque mechanicas, qua admiranda structura amicabilique organorum gaudeat conspiratione accuratius paulo secum perpendat, non potest non sancte adorandam Benedicti Naturæ Parentis Sapientiam ac Benignitatem concelebrare. Ast, si quis principium illud Divinum insitum, secundum quod ipsum Deum imagine sanctissima repræsentare debemus, sanctiori paulo indagine prosequatur, & quam amicabilissimam connexionem ac harmoniam habeat cum corpore, secum æstimet, clarissimum sane deprehendet lumen tum in naturalibus, tum in Divinis. Mens enim (secundum quam coetera bruta superamus) cum ex determinatione Divina arctissimo vinculo ipsi *Archeo* (qui alias *anima sensitiva*, *natura* sive *Spiritus* salutatur) connectatur, ut ratio depromatur Divini aliquid spirans; hinc sine archeo seu anima sensitiva rite constituta rationis firmitas neutquam consistere potest.

Et quanquam omnes Divinæ Essentiæ particulam nobiscum geramus, qua quid verum, quid honestum, quid justum optime cognoscere possumus, quo tamen luminosior est archæus, & quo purior tinctura vitalis & rationalis sui juris est, eo promptius succedit judicium nostrum eo feliciter

cius ingenium. Contra verò si organon, per quod mens operationes suas exerere solet, seu Spiritus noster sensitivus non rite sit constitutus, ipsam mentem ex lege conjunctionis vacillare ac eccentricitatem pati oportet. Sic variæ agitationes immodicè Baccho litantium, maniacorum horrendi furores ac fremitus, melancholicorum indesinentes & miserabiles planctus satis mentis abalienationem ob spirituum activitatis sphæram lœsam faciunt testatam. Imò tanta sàpe est mentis corruptio, ut brutescere quasi hominem seu illum in brutum abiisse firmiter credas, quâ phrasí quoque ipsa sacra Scriptura utitur, dum Nebucadnezarem melancholico delirio tentatum, (in quo tamen haud dubiè anima rationalis libera saltim à suis operationibus relictâ fuit) in bestiam immutatum fuisse pronunciat. Imò, quod horrendum dictu! sàpe tanta cadit in homines mentis impotentia, ut etiam propriis manibus fata sibi accersant anxieque quæsitam mortem inveniant. Cumque exemplorum talismodi non rarò evenientium ac sat memorabilium lugenda catastrophe ad meditationem medicam nos inviterit, atque ansam dederit paulò accuratius in hujus phænomeni causas inquirere; hinc materiam hancce de *Αὐτοχειρίᾳ* pro disputatione inaugurali solenniter ventilandam ad manus sumpsi, idque secundante Divinâ gratiâ & ad ejus solam gloriam (cùm solus honore dignus sit) in effectum jam traducam.

Prius itaque quâm ad rem ipsam descendam, è re fore duco, nominis vim atque usum perpaucis in antecessum delibare atque expendere. Incunabula agnoscere Græca, derivari nempe ἀπὸ τῆς ἀυτῆς καὶ χειρὸς manus, etiam illis, qui Græca saltim primis labris attigere, est quâm notissimum: Proprie autem *αὐτοχειρίᾳ* illud, quod propria manu factum; uti & *αὐτόχειρ* illum, qui propriâ manu aliquid fecit, denotat.

cat. Sic apud *Lucam* in *Act. Apostol.* c. 27. vers. 19. talis loquutio occurrit, dum dicit ἀυτόχειρες τὴν σκευτὴν τὴν πλοιῶν ἐρύψαμεν, ut loca alia apud *Justinum Martyrem*, aliosque profanos scriptores occurrentia non adducamus. Missa autem hac paulo generaliori significatione apud omnes receptam strictiorem vocis significationem agnoscimus, quibus & hic dedit ore rotundo musa loqui, dum ἀυτοχειρίαν mortem propria manu sibi illatam vocant. *Tullio lib. 7. Epist. 3.* dicitur mors voluntaria.

Ult̄ vero felicius scopum nostrum attingamus, operæ pretium ducimus varios ἀυτοχειρίας insinuare modos, exempla ac casus, quo eo melius in iudicio Medico interponendo postmodum provehi possimus.

Notabile autem hic est, veteres varia iniisse consilia vitam sibi abrumpendi; unam tamen fata accersendi consuetudinem admodum receptam fuisse, ἀποκαρτέρησιν dictam, plures loquuntur historiæ. Hoc pacto enim Lycurgus, Democritus, Zeno aliique plures vitæ renunciarunt ab omni nutrimento, vitæ fulcimento abstinentes. Inprimis autem memoratu dignum est *Attici*, adultæ sapientiæ viri, dolendum exemplum, qui alere morbum sine spe salutis nolens demortuus est, tradente id *Nepote in vita Attici*. *Alii* lugenda consilia cœpere voluntaria se mactandi morte. *Calanus Indus*, Gymnosophista, cum ægrotare cœpisset facta pyra & aurea lectica superimposita combustus est, vid. *Strabo L. XV. Lucretia*, ne dispendium castitatis in corpore diceretur passa, dextra infelici ictuque in lethiferum vulnus prolapsa fuit, annotante id *Livio Lib. 2. dec. 1. p. 28. 29. Demosthenes* metuens ignominiam ab Antipatro toxicō hausto mortem exoptatam invenit, ut *Plutarchus in vita Demosthenis* tradit. *Socrates* ab Atheniensibus iusta de causa morti devotus tritum in calice venenum hau-

sit, cuius vis cum in præcordia & venas serperet, jacuit resupinus, uti *Cicero Lib. II. Quest. Thusc.* refert. *Marcus Curtius* equo exornato, patriæ amore tractus, se in specum immisit. vid. *Liv. 7. dec. 1. p. 173.* *Homerum*, cum senio confectus ad quosdam nautas divertisset, propositumque ab eis ænigma nequisset dissolvere, pudore motum se suffocasse laqueo ferunt. *Virgines Milesie* plures citra causam evidenter voluntatem ceperunt obeundæ mortis ac deinde plurimæ vitam suspendio finiverunt; reliquis poena eorum demortuarum deterritis, uti ex *Plutarcho* refert *Gellius in noctibus Atticis L. XV. c. 10.* *Cleombrotus* cum ei nihil accidisset adversi, solo gloriæ studio impulsus, lecto Platoni libo de immortalitate animæ e muro in mare se præcipitavit. Ut silentii peplo obvolvam alias historias, nil forsitan præter tedium in animo lectoris relinquentes. Plures qui desiderat lectu jucundas, adeat *Textoris officinam p. 518. & seqq.*

Ethnici hi, stoicæ cum primis sectæ addicti, insigne fortitudinis specimen voluntariam hanc mortem crediderunt; hinc levi saltim illata injuria permoti (cum æternas animas putaverint) se emittere ex hac misera domo maluerunt, & si forsitan repente non apparuissent, abiisse ad Deos credebantur. Vid. *Lactantius lib. 3. c. 8.* Hoc pacto gentiles hi solo ventoso gloriæ tumore inflati sæpe corpus animamque perdiderunt. Adeoque dummodo æternam memoriam consequerentur, etiam sceleribus innotescere non dubitarunt juxta *Valerii Max.* effatum.

Cum autem truculenta hæc facta mentis robore salvo atque constante magis haud dubie gesta fuerint, placet jam exitiales istarum tragœdiarum, ubi mens vel ex toto, vel saltim ex parte laborat, catastrophas adducere illasque medica lance æstimare paulo penitus. *Lucretius*, Poeta Physi-

Physicus, natus annorum 40. sumpto amatorio poculo eo furoris raptus est, ut manum sibi intulerit, cum prius diu delirio laborasset. *Servus Barbarus à Galeno d. motu musculorum introductus lib. 2. cap. 5.* Vehementi ira concitatus mortem sibi consciscere volens, prostratus humi respirationeque cohibita longo tempore erat immobilis. *Midas*, Phrygiæ Rex, animi anxius eo pervenit tristitiae, ut poto tauri sanguine animam exspiraverit, teste *Plutarcho in Lib. de superstitione*. Quidam anxie mortem quærens cum affirmaret, se esse peccatorem inexpiablem, mercurii sublimati copiam hausit. Præmaturum autem Medici consilium vitae pristinæ illum ipsum iterum reddidit, adnotante *Roderico à Castro in Med. Pol. lib. 3. c. 13.* Pater *Licinii Cencine*, vir prætorius ob diuturnæ valetudinis tedium ac doarem opio se necavit. *Pilatus à Cajo Caligula Romam accersitus*, ut causam Christi supplicio condemnati diceret, Caligulæ ferociam & carcerem veritus desperationeque exanguis lethifero vulnere se sauciavit, *Euseb. in Eccles. histor. lib. 2. c. 7. it. Job. Lang. L. 2. Ep. 35.* *Jovenis* atra bile afflictus, offensus inopinata nuptiarum repulsa fauces sibi præscidit. Curatum fuit vulnus, sed nequaquam furor, menti ab iracundia impressus, qui tandem degeneravit in eam læsæ imaginationis speciem, ut firmiter crederet, crura sua destitui suris, *Tulpius obs. l. 1. c. 50.* *Civis 60. annorum* ad exemplum pius integras pauperum religiosorum familiias sustentans sub vernum tempus mœrori se dedit, pavit, exoticis imaginationibus anxietatibusque semet crucians marcescere cœpit, vita rerumque omnium pertæsus solitudinem amabat, tandem fauces sibi cultro præscidit. vid. *Heer. obs. 27.* *Studioſus lac vaccinum peregrinans à muliercula hausit*, horrenda postmodum cephalalgia correptus, *quaæ complicata erat cum melancholia*, omne nutrimentum

tum spernebat, mortem sibi instare subinde suggerebat, tandem præter omnium opinionem demortuus inventus fuit *cultro supra sinistram papillam* detruso, *J. P. Lotichius L. 2. c. 1. obs. 2.*

*Quidam Studiosus* raræ pietatis & eruditionis haud vulgaris, melancholia hypochondriaca correptus, quum se ex suprema ædium contignatione præcipitasset & à Chirurgo deligarentur vulnera, præ impatientia *dexteræ manus indicem* sibi detruncavit. *Agathias Smyrnaeus l. 2. histor. Gothorum*, peregrinarum historiarum scriptum reliquit; Leutharem, Barbarorum Ducem, eo amentiæ devenisse, ut propria membra dentibus carne lacerata voraret, defluentemque lingeret cruentem, horrendo spectaculo: Vid. *Bartholin. bistor. anatom. cent. 3. obs. 30.* *Quidam* interclusis spiraculis spiritum *sub aqua* eliserunt. Sic *Petrus Leonius & Laurentianus* Medicus mœrore anxietateque vana ac insulsa, marcidi hausti sunt, in puteum se præcipites dantes. Vid. *Neandr. medic. natalit. p. 145. & seqq.* *Forestus* mentionem injicit *L. 10. obs. 13. p. 330.* de duobus fratribus atrabile percitis, altero inedia pereunte, cum omne nutrimentum abnueret; altero, Theologiæ Studio, alioquin religioso, in puteum se præcipitante.

Plures miserrime laqueo gulam frangendo fato concesserunt. *Judas* (ut omnes compertum habent) cum Christum Judæis prodidisset & exili pecunia venalem exposuisset, tandem ad se rediens & perpendens sceleris gravitatem, animo fracto atque prostato ad laqueum properavit & notissimo Divinæ ultionis argumento crepuit medius. *Quidam nauta* summo dolore, quem ex obitu uxoris capiebat, confectus tandem ex febre ardente delirans factus ad latus lecti onus infelix elisa fauce pependit, si mihi Poetæ verbis ludere impune est. vid. *Bartholinus bistor. obs.*

69. c. ii. Quidam ex dolore *melandholicus*, se ipsum quasi comedens, suspendio vitam finire volebat, præmaturo autem matris eoque felicissimo adventu, (quæ vitam quasi iterum vividiori aurâ ac halitu masticati cinamomi ac nucis moschatae respirabat) ex meta mortis ad vitam revocatus fuit, notante *Foresti L. 15. obs. 25. p. 164.* Nobilis matrona devotionis haud vulgaris, ex melancholiâ devotâ laqueo sibi fauces præcludens, morte defuncta est, ut meminit *B. Roflincius in disp. de Corde p. 17.* Plurima etiam, à nobismetipsis non ita pridem notata exempla, in testimonium vocare possem, si voluere esset omnes adducere ac compilare observationes. Cuivis etiam minus curioso sat erunt, proh dolor! obvia talismodi exempla.

Ex hisce enarratis historiis facile patet, *Ethnico* folius fere gloriæ vano studio permotos, voluntariam oppetiisse mortem; hos autem, ubi mentis potestas ex causa morbosa ab alienata, obscurata intellectus luce, & appetitu velut brutali reddito, summo timoris ac tristitiae gradu abreptos solatium in destructo quærentes corpore, urgeri morbi stimulis ad inferendum varium sibi mortis genus. Hinc apprime placet in *autoxenias* hanc ex delirio enatam, limam judicii nostri solicitius intendere, illiusque causas penitus paulo rimari.

Insignem autem mentis aberrationem, ac corruptionem adfuisse in enarratis historiis clarum fit

I. Ex SIGNIS ESSENTIALITER INHÆRENTIBUS, non solum communibus istis timore ac tristitia, *avèu aitias Phœnèns*, sine causâ manifestâ, sed & variis phantasmatibus exoticis definitis vel indefinitis, in primis quoad gratiam diuinam, desperandas cogitationes.

II. Ex ESSENTIALITER CONSEQUENTIBUS. Inedia, amor solitudinis vitæ omniumque rerum odium

continuae vigiliæ, ira nonnunquam intimior, pavor, in tenebris præsertim, falsa de morte instantे imaginatio & ipsa impositio manuum.

III. Ex CAUSIS PRÆGRESSIS, tum naturalibus, nonnaturalibus, tum præternaturalibus ac supra naturalibus, non tam melancholiā in genere, quam insignem & ultimum velut gradum ejusdem importantibus, quæ infra dilucidius explicabuntur.

IV. Ex SIMILITUDINE, cum omnes piī præprioris atque eruditī talismodi symptomatum syndrome affecti, vel nonnullis saltim si mortem sibi conslicant, proclamentur ex melancholico vel furibundo affectu id fecisse.

His positis delirii ipsius essentiam, in quo consistat, paulo accuratius pensitabimus. Inter syrtes autem & actes opinionum dubiosarum (quæ errorum ut plurimum sunt illecebræ) constitutis, placet imprimis acutissimi Philosophi Helmontii opinionem in pegma adducere, illamque paulo explicatiorem reddere: *in Tr. inscripto, Retenta p. 499.* Dementiam vocat vim soporativam errantem, ac omnem amentem vigilantem somniare ibidem pronunciat. Ut enim insomnia imagines quædam sunt (vel animales a cogitationibus, vel naturales ab humorum exsuperantia natæ) ipsi phantasie firmiter impressæ, quas sibi relicta, & otiosa a directorio rationis anima ob lentiores noctu existentes fermentationem, adeoque Spirituum languorem ignave & sine electione apprehendit, cum ipsis quasi ludens varias confusas instituit comedias; Simili modo in deliriis rationis deperditum imperium est, ob spiritus extra sphæram activitatis suæ positos, ut quæ non imperat speciebus, sed ab illis velut imperando sub jugum coercentur. Phantasia enim fortior circa falso conceptam speciem existens, non placidam correctionem a sanctioris œconomiæ regi-

regimine expectat, sed obstinato potius imperio consensum extorquet. Hinc læso, seu potius fortiori reddito imaginationis actu, ratio non potest non per accidens vacillare & simul ipsa memoria; amicabilem quippe inter se fovent connexionem, harmoniam & perpetuum quoddam collegium. Hinc quoque *Galenus lib. 3. d. locis affect.* Læsa ait imaginatione, ratiocinatione memoria quoque semper laeditur.

Apparet hoc præprimis in delirantibus, vel in somniantibus, qui id verissimum judicant, quod tamen sanâ mente prædicti, vel vigilantes, æstimaverint falsissimum. Quapropter rerum imaginibus phantasiam minus perturbantibus ratio & memoria optime viget. Testatum id faciunt cæci, quos raro delirantes ac sæpe memoriâ divinâ quasi valentes videoas. Cum autem phantasia non in omnibus rebus cespitet, hinc in aliquo saltim & definito sæpe fit judicii lapsus, constante in reliquis sanâ mente; Quin imo in ipso delirio acutissimè sæpe (id quod miraculis accedit) ratiocinantur.

Sicut enim porro insomniis confusis istis comoediis, quas anima cum imaginibus instituit, sæpe suam velut adiungit personam superior influentia, quæ dictas species confusas multum mutare & ad magis seriam componere faciem solet, ad rerum proxime contingentium præscitum, vel ad alias fructuosas admonitiones inservientes; Sic quoque delirii imaginibus altioris sphæræ influentiales icones se permiscent non raro, adeo ut cum magis bruta videatur anima, nihilominus insignem sapientiam spiret, indicio manifesto, æternæ & spiritualis suæ naturæ. Exempla numerosa adsunt. Annotationem meretur, cuius *Huartus in scrutin. ingeniorum* meminit p. 179. Puer inquit cujusdam Nobilis aulici pedissequus in Hispaniâ, maniâ labo-

rans, magnus sibi totius orbis Rex videbatur, & de admini-  
stranda status imperii ratione subtilissime discurrebat, quem  
cum Medicus restitueret, pessimam a puero & hero inivit  
gratiam. Ille enim subtilissimis cogitationibus, hic inge-  
niosissimis discursibus fraudabatur. Insignis hanc in rem  
extat locus apud *Platonem in Tim. p. 543.* Ubi divinandi  
vimi, *ait*, quod Deus dementia humanæ dederit, illud ar-  
gumento esse potest, quod nemo dum sanæ mentis est, di-  
vinum & verum vaticinium ullum assequitur, sed cum vel  
somno prudentiæ vis præpedita est, vel divino aliquo raptu  
è suo statu dimota, fieri divinatio solet.

S U B J E C T U M delirii constituit ipsum cerebrum, ubi  
secretius animæ rarithecum & regimen eminens recon-  
ditur. Uterque ejus spiritus tum insitus, cum influus (ex  
cujus amicabili concursu lumen vitale, in quo ipsa men-  
tis reflexiva cognitio radicatur, exurgit) hic delinquit.  
Uterque naturaliter purissimus, simplicissimus, homoge-  
neus, luminosus, æthereo Spiritui mundi æmulus, impres-  
sionum capacissimus esse debet. Ut enim Spiritus mundi  
rerum in se transfert ideas, quas, quam dici potest accura-  
tissime, mirabilissimus producit; In speculo faciem re-  
præsentat, in sono particularum tremulum motum reddit.  
Sic quoque Spiritus cerebri luminosus æthereæ prosapiæ,  
ideales impressiones sibi insignitas atque per totum sistema  
nervosum multiplicatas repræsentare debet. Patet ex hisce,  
quid actio seu radius occulti regiminis *Helmontii* sit, totam  
machinam in consensum trahiens; it. quare Palladis hæc  
arx, præ cœteris machinæ organis, tam exquisitissimo  
gaudeat sensu, ut etiam saltim irregulares atomi atque mo-  
leculæ tam molestum sensum inducere valeant.

Spiritus hi animales motus sensusque parentes a san-  
guine accenso emanantes, se quodammodo tanquam lucis  
radii

radii à flamma profecti habent, ut docet *Willius de anima Brutor.* p. 456. cum itaque ex ipso fonte vitalis lucis, in Cordis meditullio insitæ, propullulent, ut eorum radicem liberaliori paulo meditatione prosequantur, elegantioris ipsius scientiæ dulcedo exposcere videtur.

Flammam aliquam esse vitalem facultatem incensam in corde, *Keplerus* ostendit, cuius motum quoque optime cum lampade clausâ, in qua flamma sit fovenda oleo, ventilatione, effumatione, comparat, in *tr. de Harmon. mund.* L. IV. pag. 169.

Cum autem flamma nil aliud sit, quam species manifestior fermentationis, ubi Particula lucida v. gr. è silice elisa, ceu rapidissimum flumen influit in spiritum, in materia oleosâ ac resinosâ insitum, movens est materia ætherea mobilissima, mobile autem constituit materia oleiformis, quæ confata est e particulis alcalinis, ceu impetum sustinentibus, & acidis ceu illum efficientibus, ut docet analysis chymica omnium corporum inflammabilium, quæ & acidum fundunt stigma, & sal quoque vel volaticum vel fixum elargiuntur: hæc Θia sibi opposita, si iterum lege hermetici artificii continentur, corpus φλογισὸν producitur: Eadem ratione si spiritus Θι cum ipso spiritu Θεci, debita in proportione maritetur, exurgit Sal neutrum Θsum, quod lucidissimum de se spargit ignem, candefacto crucibulo immissum, ne gry quidem materiæ relicto.

Vitalis itaque nostri ignis motorem constituit ipsa particula luminis reflexiva, totius machinæ ideas exactissime depictas continens, enata e vitali seminali chao Parentum, quem deinde perficit vividior ætherea aura, influentiæ astrorum virtute dotata, tempore partus hausta, quæ in idea quadam totius cœli figuram & positionem continet, illamque spiritibus radicaliter imprimit. Calidum au-

tem nostrum innatum, sive Spiritum vitalem esse astralis naturæ, jam dudum scivit *Philosophus*, dum inquit *L. II. de generat. animal. c. 3.* calidum innatum ἐσὶ ἀνάλογον τῷ τῷ ἀστέρων σοιχέω, simile elemento stellarum. Hujus sententiam elegantissime illustrat *Magnif. D.D. Wedelius*, Præceptor meus nunquam satis observandus, in publico programmate, ubi elegantissime philosophatur, dum inquit: *Quemadmodum in stellis perpetuus micat motus, quod de igne illo plurimum participant; ita & lucidae particulae, pro animâ viventium à Creatore impensa & per generationem, tanquam novæ facultate accensionem, propagatae impressus motus continuus in estia Vesta, seu foco vitali ardet, in hoc continuo micat, omnisque motus est principium in corpore. Mobile, in quod influxu suum exercet impetum particula ætherea, est dulcis oleosus sanguinis fluor, e diversis Salibus enatus, facillime flammarum concipiens exsiccatus.*

Enascitur ex fermentatione hâc ignis, qui nil aliud est, quam ætherea materia beneficio *Salium contrariorum* fortissime mota. Cum autem nulla *Salium* actio ac reatio (quæ fermentatio est) sine aeris necessario nutrimento fieri possit; hinc ad flammarum quoque necessarius est aëris influxus, quem spumosum atque aëreum viscus, foco vitali à naturâ benignissimâ appositum, largiter suppeditat, ut hoc pacto, expurgatis ac cribratis tenebris fuliginibus, ignis translucidus purissimus enascatur in vitalis *Cordis* meditullio. Ignis hic pro diversitate majoris vel minoris fermentationis multum differt.

Esse autem *Spiritum nostrum sensitivum revera lucidum ac flammeum ultro probat ipsius penetrantia, omnem arcens putredinem facultas, testimonio vrum hydropticarum intercutanearum, quas à putredine fracidâ optime vindicat; astruunt flammæ copiose è corporibus ani-*

animalium, etiam ipsius hominis sparsæ, v. gr. ex crinibus noctu fortiter pectinatis, vid. *Bartolin. d. Luce animal.* confirmant excrementa naturalia, contagio vitali luminoso haut immunia. Sic urinam noctu lucentem observavit quidam in *Ephemerid. German.* ut etiam *Kanckelius* industrius ille Chimicus, inde permotus fuerit, phosphorum suum parare. Clarum faciunt flammulæ, non raro ex ore vino sepulchorum emissæ, uti *Mollenbroccius* in *Ephemer. German.* & *Dn. D. Jacobæus* in *Actis Haffniens.* An. i. p. 212, observarunt.

*Spiritus itaque vitalis* nil aliud est, quam Gas flammeum ex fermentatione sanguinis enatum, quæ à particula seminali lucida accensâ in spiritu materiæ oleosæ sanguineæ insito proficiscitur. Ab *Helm. in tr. spiritus vite* §. 17. salutatur aura falina balsamica, idque non tantum ratione Salis, quantum respectu luminis concepti in suo Sale.

Ab hoc Spiritu vitali natales suos agnoscit *Spiritus dictus animalis*, qui constat ex radiis lucidis simplicissimis, nullam ad formam determinatis, e flammula vitali emanantibus & in substantia cerebri (quod Spiritu insito homogeneo æthereo purissimo gaudet) collectis, & nobilibus factis.

*Spiritus* hic dictus *animalis* æthereus purissimus, indolis astralis, totius Cœli figuram, tempore nativitatis apparentem continens constituit quasi in cerebro Cœlum microcosmicum tum figura, cum caput nostrum rotunditate emineat, tum quod amicabilem harmoniam, communionem ac sympathiam cum macrocosmico cœlo foveat, ob materiam lucidam coelestem communem factam & quasi in omnes res creatas disseminatam. Singulis enim creatis suum inest cœlum, cœlique rotatio dependens ex

cute seminis, in cuius Spiritu (ut pote qui universi celatum continet) suum est cœlum & sua sunt insuper adscendentia. Vid. *accuratiss. Helm. tr. d. magnet. vuln. curatione* §. 54. Spiritus itaque hic astralis radicales imprimit influentias, ibi tum tempore conceptionis, tum nativitatis apparentes, secundum harum influentiarum virtutem etiam hominem format, figurat, novas influentias quovis momento ipsum afficientes secundum radicales alterat, dirigit, disponit, malas vertit in proficuas, ut perpetuus quoque Spirituum harum qualitatum sit affectio, alteratio, mutatio. Patet exinde laus ipsius astrologiæ ac physiognomiæ, quæ proximus ab ipsis astris formatum hominem considerat.

Spiritus hic lucidus cum ipso flammieo nunquam intermorituro commercio ac magneticâ quasi connexione gaudet; hinc ad principium vitalitatis edendum, puta sensum, motum, vel etiam nutritionem nunquam debent se jungi, sed amice conspirare atque naturæ quasi collegium constituere, accedente præprimis Spiritu partium insito specifico, qui cujusvis partis ens seminale exacte continet. Evidentissime nostrum assertum dilucidat textus ipsius primi capituli Moysis, ubi Benedictus Naturæ Parens in primâ rerum creatione ex chao (quod dicitur Cœlum & Terra) separavit primo lucem, secundo Cœlum & tertio Terram, quæ per efficacissimum Dei verbum suum specificum Spiritum nacta fuit. Hæc principia rerum vera separata iterum conjunxit ad constituenda vegetabilia animalia. Divina hæc creatio, & summe benedicta omnipotentis Creatoris vis in hunc usque diem quovis momento in omnibus rebus creatis, inque earum nutritione celebratur ac continuatur, ut in omnibus rebus crescentibus idea primæ creationis exactissime repræsentetur. Continuata hæc creatio rerum conservatio dicitur.

Quapropter in homine efficiendo seu vita, quæ consistit in motu, sensu ac nutritione, analoga quoque debent esse prima creationis principia. Hinc a seminali Parentum colliquamento propagativa vi Creatoris (1.) separata fuit lux, quæ in cerebro locatur; (2.) cœlum seu Spiritus vitalis, qui lucida aerea elasticitate præditus residet in Corde, & (3.) Aæ seu Spiritus, cuiusvis parti specificus insitus. Ad vitam itaque seu sensum & motum seu nutritionem efficiendam iterum debent conjungi atque amice conspire. Quapropter nullus sensus ac motus, imo accretio in conterminis partibus apparet, denegato nim. affluxu vitalis purpureæ, non secus ac præciso vel ligato nervo omnis vitalitatis signa exspiranti, Stenonianum ac Willisianum experimentum id sat evincunt.

Ex hisce clarissime patet, quid sit Archeus, qui fabricator vitæ audit, nim. Spiritus ex tribus hisce complexus, vitali, animali & partium insito. Patrocinatur nostræ sententiæ accuratissimus Philosophus Francisc. Patric. Panang. L. 7. p. 16. ubi inquit: Vita omnis a Spiritu & igne est. Ignis autem omnis lucet, neque non lucere sua natura potest. Per spiritum quoque hic *κατ` ἔξοχην* intelligit Spiritum insitum, qui quasi est immaterialis seminalis: Galeno dicitur humidum radicale. Per ignem autem Spiritum animalem & vitalem conjunctum intelligit, cum omnis ignis luceat vel quatenus lux separata iterum flammæ nupserit. Aliis calidum innatum dicitur. Huic sententiæ assurgit quoque Helmont. qui tr. Archeus Faber n. 3. p. 33. principium vitale in animalibus statuit archeum, qui constat ex connexione vitalis auræ veluti materiæ cum imagine seminali, ubi per auram vitalem intelligit Spiritum vitalem & animalem conjunctim, cum quivis separatim ad motum vel sensum efficiendum minus capax sit. Per imaginem seminalem spiritum insitum notat.

Jam quas virtutes & dotes quivis **Spiritus singulatim possideat**, paulo sollicitius lubet trutinare.

**Spiritus astralis cerebri** est naturæ simplicissimæ ad formam nullam determinatus, impressiones quasvis tum **animales affectus** puta, tum **naturales seu partium machinæ seminales** recipit, ex consymbolismo spiritui arterioso statim nubit, qui instrumenti ac **vicarii** instar est, mandati sive regiminis istius occulti exsequitor. Instructus enim majori elasticitate flammæ calorem, motum partibus fœnerat. Ex hisce videre est, quale imperium affectus imo venena, quæ immediatè spiritus **animales alloquuntur**, in **Spiritum nostrum vitalem habeant**, imo in **humores**. Idearum harum peregrinarum fabrica cuditur in **anu animali**, qui deinde statim communicat Spiritui vitali, qui exsequitur & in actum deducit ens **seminis fabricatum in cerebro**, uti pudor, ira, sat testantur.

Ex hisce jam præsuppositis facile patet, omnis delirii **SUBJECTUM INHÆSIONIS PRIMARIUM esse Spiritus animales**, qui cudent & facile recipiunt talismodi ideales qualitates; **SECUNDARIUM esse vitalem & humores**, imò **cujusvis partis archeum**. Hinc in melancholiâ flamma vitalis quasi exspirat, omnis calor perit, humores charagmate acido pontico signantur. Hinc videsis exempla, ubi cor quasi exsuccum contabescens, corrugatum, instar pyritostri saepe omni substantiâ consumptâ in nimio mœrore vacantibus in B. Roflincii *dissert. de corde p. 17.*

**SUBJECTUM GENERATIONIS** constituunt *omnes ferè partes*, quibus à providâ naturâ injunctum balsamicam vitæ nostram mumiam defœcare, atque excrementa Spirituosa acida naturæ infensissima sequestrare, venæ hæmorrhoidales ac vepricosi uteri mæandri cruori, peregrina qualitate stipato expurgando destinati, tubulorum quoque

salivalium conglomeramina obſtipata, excrementa vitali ſpiraculo admodum infesta gignunt. Saliva enim eſt quaſi ſpius microcosmi dulcis ad nullam formam determinatus de contagio Spirituum haud immunis; hinc ſi ſtas in molliatur & putrefat, deleteriam maxime induit naturam, quæ vitalem aulam ex lege communionis petit. *Subcutaneæ* quoque *miliares glandulae* ſuum ſymbolum addunt, dum gas *Salinum* volatile ex fermentatione cruoris enatum foras proſcribere debent. Vitale quoque emporium *Cor* nonnunquam accusandum venit, dum nimis Spirituſi sanguinei contagii prægnans ſanguinis purpuram in copiâ producit, unde plethora ſuam originem dicit. *Lien* amurca atque faburra *¶*ea pene occalitus ſanguineum fluorem fermentatione non rite exaltat, ſpirituosum atque aereum reddit per laticem fermentalem e nervorum reſeffibus in alveos lienis derivatum, qui ſoboles quaſi exiſtit lymphæ ſpirituosæ ac ſalivalis, hinc oritur & cruditatum & excrementorum cumulus. *Bilis* quoque colatoriū ſuum ἐπιβάλλον μέρος addit, dum non rite ſcorias biliosas ſecernit, vel ob varici formes paraſtas a Tartareo coagimento obſtructas, vel ob bilis particulas aliam texturam ac figuram nactas a commiſſione heterogeneorum *Saliūm*.

**C A U S A I M M E D I A T A** delirii velificantis *ἀυτοχείης* quærenda eſt in *præternaturali*, qua dum homo bene habebat, dispositione. Cum autem ad rationem edendam Spiritus animales purissimi lucido ſplendore dotati, phantasia ab omnibus imaginationibus libera requiratur, hinc ubi Spiritus irregularē texturam acquirunt vel quadam anomalia affecti ſunt, vel etiam ſi imaginatio fortior circa aliquod ſubjectum existat, ibi ratio conſequenter non potest non deficere. *Ἄκριβῶς* tamen loquendo im-

mediata causa hic una est nempe phantasma vel melan-cholicum vel furibundum seminale factum, hoc imagina-tioni firmiter impressum & ipsam lædit & simul spiritibus vel igneam actuositatem vel obscuritatem conciliat illo-rumque œconomiam turbat.

Quo autem peregrina hæc phantasmata intimioris quasi admissionis legati Spirituum schesin magis mutare illosque heterogenea qualitate continuo inficere possint, requiritur, ut fantastica imaginativa hæc entia fiant se-minalia ac naturalia. Posse autem ideam animalem in spiritibus susceptam naturalem seu ens seminis fieri, probant ac sat evincunt saliva canis rabidi, quæ ens rabiei in-sculptum recondit, magneticæ cum excrementis adserunt institutæ operationes, confirmant matris in ipsum fœtum impressionses. Iracundas ideas imprimi ipsis sordibus do-cent semina morborum, quæ statim propullulant, si excre-menta hæc intra cancellos naturæ retineantur neque vel alvum vel urinam eliminentur. Hæc itaque phantasma-tum semina adoriuntur immediate Spiritus vitæ parentes, in illis simile ens producunt, illosque venenata inficiunt qualitate. Seminaria talia Spiritus influentes afficere & quasi ad similem ideam recipiendam cogere posse, ipsi terrores innati melancholicis familiares, vel etiam iracun-dia, quam vix verbo dignæ res efficere possunt, testantur. Sic quoque teste *Weinrichio* felinus sanguis haustus homi-nem felinis moribus formavit. Hyoscyamum ex errore comestum (qui in sinu seminarium imaginationum foyet) statim mentis corruptionem inducere, quo per vomito-rium exterminato, delirium cadere ipsæ Practicorum an-notatæ observationes loquuntur.

Causam mediata m̄ proximiorēm consti-tuunt primo idæ animales mœroris vel furoris. Semi-na

na enim ut sui similitudinem edant in productis necessario hanc imaginem insculptam habere debent, si extra se agere debent, aliudque sibi simile erigere in producto, juxta Helm. tr. d. febribus c. 26. §. 94. Hinc quoque nostris casibus affectus hostiles præcesserunt.

*Deinde Excrementa, quæ sigillari ac tingi debent idealibus his qualitatibus ut quasi matricem præbeant, requiruntur.* Non autem quævis hæc apta nata sunt sigillari imagine seminali, sed maxime Spirituosa, quæ ex consymbolismo Spirituum rempublicam turbare possunt; crassiora horum limina ingredi vix possunt. Nihil autem tam amicabile commercium habet cum Spiritibus animalibus, quam ipsi glandulares glomi & menstruum quasi microcosmicum ipsa lympha. Partes hæ contagio Spirituoso animali gaudent; hinc Spiritus animales deleteriis qualitatibus idealibus affecti ideas hasce magnetice ex consymbolismo ad glandulosorum tubulorum conglomeramina vel etiam ad ipsam lympham corruptam extirpant, ut pestis tempore fumuli summe venenati in istis partibus exsurgunt, qui nomine carbunculi veniunt. Lympha eccentrica & fermentali putredine corrupta optime matrem præbere potest phantasticarum ac idealium qualitatum. Ostendit id plethora, quæ nil aliud est, quam lymphæ spirituosioris orgasmum efficientis abundantia, multorum, imo plurimorum deliriorum causa existens. Sic Forestus L. 10. obs. 14. p. 332. ex hac melancholiæ ortam observavit: ex suppressis hæmorrhoidibus Zacutus Med. bistor. L. 1. fol. 77. ex mensium obstructione Alphonsus de Sancta cruce d. melancbol. p. 31. In gravida ob plethoram Amat. cent. 5. cur. 87. ex suppressa hæmorrhagia Gabelboverus cent. 3. p. 133. delirium melancholicum annotavit. Evacuationes hæ suppressæ lymphæ spirituosiori ac san-

guini superfluo remoras injiciunt summe hostiles, ut *sarcinae* moliantur, acescant, vappescant & ut ad imaginationes recipiendas admodum capaces existant. Porro suppressio salivalis humoris (qui lymphaticæ prosapiæ) maxime ideali seminario velificatur; hoc enim excrementum recre-mentis quasi Spiritus animalis infestum (quæ nervorum propagines ad glandulares alveos adducunt) ex morâ a-cescens maxime capax est, ex sympathiâ quadam ideales impressiones Spiritu animali vectas suscipiendi. Retentio quoque semenis (quod lymphæ delibatissimæ in araneatis testium tubulis in spumam conquassatæ proles est) mul-tum huc facit; ex hujus stagnatione observavit *Alphonsus de Sanctâ Cruce c. 12. p. 38.* melancholiam ichoris quoque vel transpirationis suppressiones mineram exoticarum ima-ginationum suggerere possunt.

Quapropter si talismodi excrements, quæ commu-nionem habent cum Spiritibus, præsto sint, in corpore, facile matricem præbere possunt idealium qualitatum vel furoris vel tristitiæ, ut deinde semen horum phantasmatum continuo Spiritus afficiens in plano sit.

Hypothesis hæc lucem fœnerat variorum affectuum explicationi. Sic furorem uterinum produci in fœminis, quibus copia & qualitas semenis acris cogitationes & soli-citudines & eas efficit, in propatulo est. Harum itaque semen ex copia facile vappescentiam acidam contrahens matricem constituit cogitationum fearum, quæ deinde na-turales ac seminales fiunt, furorisque speciem producunt. Simili modo phantasticus ciborum appetitus, pica dictus, lymphæ aëreæ corruptæ & ad ventriculi clibanum regur-gitatæ, ob plethoram in gravidis debetur, in qua idea ap-petitus postmodum naturalis sive seminalis fit continuo Spiritus torquens. Eandem quoque causam agnoscit phil-tro-

trorum effectus, hæc enim ex seminali fluore parata semi-naria quasi sunt imaginationum ſearum.

Ad REMOTIORES quoque CAUSAS jam mentis acies flectenda, præprimis quomodo ad mentis abalienationem ipsam *autoχειρίαν* inducentem & excrementa Spirituosa in nostris historiis conspirent (quanquam plures circumstantiæ nos lateant) videbimus.

### Occurrit autem inter NATURALES

I. TEMPERAMENTUM *atrabilarium*, in quo partes  $\Delta\epsilon\alpha$  biliosæ accidunt austoris, ponticis, adeoque in malignam utræque fatiscunt texturam. Temperamentum hoc naturæ humanæ est infenſiſſimum, quippe omne acidum per ſe venis seu ſanguini hostile (cum hujus fermentum in  $\Delta\epsilon\alpha$  alkalino principio potius radicetur) præprimis penetrans & volatile a particulis  $\Delta\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau$  commixtis factum. Probant hoc ipsum ſeptica,  $\mathbb{V}$ , venena omnis generis spiraculo vitali infenſiſſima, quæ ex acido volatili principio eodem modo conflatæ ſunt. Alcali n. quod acidorum cluet monarcha, optime venenorū vim debellare fatagit. Qui itaque ejusmodi temperamento prædicti ſunt excrementa maxime fylleſtria Spirituosa poſſident, & Spiritus eorum naturam acidam tenebricosam qualitatem facile induunt.

II. AETAS SENILIS ſuum addit ſymbolum. Senectus melancholiā naturā optime repræſentat. Spiritus enim vitales jam dum acetosam diathēſin naſti ſunt, non spirituosa elasticitate amplius instructi ſunt, adeoque non rite amplius ſordium evacuationibus præeffe poſſunt, alimenta in pinguorem chyli eſſentiam digerere, ut hinc ingens excrementorum cumulus exfurgat. Accedit quod lucidus Spirituum animalium ſplendor pene deperditus ſit, umore, imaginationibus fixis ſpiritus torqueantur.

JUVENILIS ac VIRILIS quoque ætas est deliriis obnoxia. Hæc enim scoriarum biliosarum ac multorum excrementorum fæcunda mater existit, præprimis autem quies, lucubrationes studiosis familiares insensili per spiracula cœca difflationi superfluitatum hostiles remoras inferunt.

III. SEXUS huc confert. FOEMINÆ cum spiritus non adeo activos lucidos, sed magis torpidos possideant, hinc ob judicii imbecillitatem connatam imaginatio facile lædi potest. Insuper uterus non rite munere suo fungens ceu promus condus mineram variarum imaginacionum producit.

### Ex NON NATURALIBUS remotioribus:

AER vernalis multum contribuit ad delirium. Hic enim elasticis æthereis (a recessu Phœbi emanantibus radiis) atomis turgidus humores tum alimentares, tum excrementitios (hyeme collectos) mirum movere, fermentare, ac volatilisare solet, hinc vernali tempore plethorae ac multorum spirituosorum excrementorum origo.

Astrales influentiae multum conserunt, præsertim **Da** & **xi**o inter se invicem dissidentibus, ☐, ☈, tum a **hno** afficti, præprimis plenilunium tempore nativitatis apparens hostile est capiti. Luna enim Spiritu frigido constrictivo prædita, uti Solis lumen ad se trahit, sic quoq[ue] lucem in rebus creatis dispersam a **oe** ad se quasi magnetice trahere solet, in qua consistit calor & vita. Hinc quoque novilunium lædit cerebrum, cum Spiritum vitalem cerebri seu Spiritum animalem lucidum **orem** ad se quasi trahi magnetice, læditur hinc ipsius Spiritus insitus atque debilitatur, adeoque in novilunio nati infantes ad epilepsiam maxime proclives sunt. Vid. de his egregie philosophantem **Paracelsum**, P. III. Tr. 4. p. 104.

Virginum quoque Milesiarum absurdam animi perturbationem cum *autoxenia* conjunctam, sunt, qui ex influentiis astralibus derivare sustinent, quæ virus vesanum sine dubio Spiritibus conciliantes, & atmosphæræ incumbentes, reciprocâ respiratione haustæ sunt.

AFFECTUS ANIMI omne hic absolvunt punctum. Homo Spiritibus astralibus facile determinabilibus instrutus ex nihilo quædam entia rationis, sive non entia in sui initio creat, idque in propriâ virtutis phantasticæ dote, quæ tamen sunt aliquid amplius, quam ens merè privatum aut negativum. Nam imprimis dum ejusmodi conceptæ ideæ tandem se corpore vestiunt, fiunt entia jam subsistentia in medio illius vestimenti, cui æquabiliter insunt. Et fiunt entia seminalia & operativa, juxta Helm. tr. d. injectis material. p. 479. §. 16.

Videmus exinde ideas in Spiritu astrali fabricatas non posse operationes suas exercere, nisi corpore vestiantur ac matrice excipientur, non secus ac influentiæ astrales per se nullius sunt virtutis, nisi corpori sublunari, ceu apto receptaculo, se insinuent, in quo demum facultatem suam produnt. Quare ut v. gr. idea iracunda in actum suam vim deducat in microcosmo, requiritur, ut Spiritui vitali (qui jam dum ad formam Salinam determinatus est) vel aliis excrementis Spirituosis communicetur, in illis hospitetur, ac instar entis seminalis dirigat, & suam noxam evibret spiritibus furibundum & actuosum motum inducendo, copiam humorum biliosorum producendo & simul corpus debilitando, uti idea terroris Spiritus figit, enervat, auram obscuram ipsis afflat, humores acido charactere signatos excludit, evacuationes suppressit, frigus producit. Habent hæ ideæ quandam inter se affinitatem; hinc quoque facile una in aliam mutari potest, uti & mania facile

transit in melancholiā, & vice versa. Ex hisce videmus, quantum ad mentis perturbationem, imo ad *autoxieglav* contribuerint affectus animi, cum etiam in omnibus nostris annotatis historiis deprehendamus, præcessisse affectuum noxiōrum usum.

*Excreta quoque & retenta* merentur attentionem. Dubio procul nostræ personæ laborarunt suppressione sordium spirituosalium, ut mensium, hæmorrhoidum, salivæ, lymphæ abundantis corruptæ. Horum excrementorum vis non saltim qualitatibus manifestioribus metienda est, sed alunt potius qualitatem quandam ad sensum occultam maximè nocivam; testantur id menses, qui non tam copia & qualitate secundâ delinquunt, quam occulta, cum etiam sanguine prius per venæsectionem largius misso fluant. Pater quoque exinde, cur Natura mere electiva talismodi sordes malignas motu quodam critico per debita evacuatoria proscribere machinetur, quibus obstructis in extremas protrudit partes & exoriuntur varices melancholicis, suppressione mensium vel hæmorrhoidum laborantibus, imo gravidis familiares, qui a stagnatione sordium ipsam substantiam carnosam elevantium oriuntur. Confirmat nostrum assertum *Hippocrates*, dum dicit 6. apb. 21. si varices molliatur natura, insania minuitur; dum nimis causa occasionalis removetur. Sordes itaque talismodi si remaneant, quam commode mineram delirii præbent. Perpetuae enim veritatis hoc porisma est: Quæcunque evacuationes supervenientes morbum illum solvunt, si haec suppressantur, ad illum producendum multum faciant, Nam autem venæsectio, salivatio, mensium vel hæmorrhoidum apertio juxta Practicorum effatum solvunt insaniam. Ergo si sufflaminentur haec evacuationes, fenestram aperiri insanæ per se fluit.

*Ex causis præternaturalibus* consideranda sunt:

1. *Lac à muliere haustum*, quod haud dubie continuuit philtrum. Hoc autem, ceu imaginationum & earum seminarii, quantam torturam atque tragædiam excitet in Spirituum oeconomia, quantam vim possideat ab alienandi mentis potestates notum est.

2. *Insignis cephalalgia dolor* multum ad insaniam facit. A doloris enim vi Spiritus sumnie accensi atque injuriati maxime debilitantur, saepe stationes suas relinquunt, & fugam meditantur, ut sudor frigidus & deliquium animi facile subsequatur.

3. *Febriculosa intemperies* sanguinem fermentando Spiritus mire acuit, animalibus anomalam & irregularem injungit texturam, ut in flammeos quasi degenerent, non aliter, quam qui spirituosis liquoribus se ingurgitarunt ob diathesin Spirituum flammeam, ratione desituuntur ob organon ratiocinationis læsum.

*Ex causis supranaturalibus.*

*Judas & Pilatus* justissimi Dei permisso a Diabolo eo perducti sunt tristitiae, ut desperatione exangues, ceu malo pœnæ mactati, corpus & animam manu propria perdiderint. Consideratis delirii causis, ipsius effectum & phænomena in nostris historiis occurrentia perlustrabimus.

1. *Prostratus fuit humi respiratione cobbita.* Ira enim, quæ levis quasi furor est, Spiritibus summe venenatam, obscuram atque furibundam inducit diathesin, hinc illis debilitatis saepe omnium sensuum vacillatio & motus inhibitio subsequitur.

2. *Desperant de gratia Divina.* Pater tenebrarum & æterni timoris ac tristitiae, in melancholia (quæ alias dicitur balneum Diaboli) affectis, justo Dei permisso, talismodi cogitationes desperabundas fabricari potest, præprimis cum

Spiritus obscuri melancholicorum crassâ caligine obsessi per se timorem efficiant.

3. Continuo mærore tristitiae maculantur; quæ debetur feminibus tristitiae in inferiori climate subsistentibus atque continuo in Spiritibus talismodi similes ideas generantibus.

4. Variis exoticis imaginationibus agitantur. Ob iudicium debile, & memoriam quasi emortuam, anima sibi imaginatur talismodi similes ideas, quas naturales actiones urgent, uti somno detenti biliosi insomnia habent plena actionum furiosarum, hypochondriaci flatulenti navigationes somniant. Sic quoque noster Juvenis, cuius mentionem facit *Tulpius*, crurâ sua destitui suris putavit; forsan à sanguine in tantâ copiâ ad partes has extremas non appellente, & in primis cum à vulnere inflictedo magnam nectaris vitalis passus fuerit deperditionem.

5. Marcescunt. Ob serum blandum nutritium à statu suò dulci insipido, ad nullam formam determinato, desciscens & salibus acidis biliosis vice versa deturpatum.

6. Vite pertæsi sunt. Ob continuam Spirituum defatigativam meditationem ac cogitationem, adeoque illorum debilitatem.

7. Solitudinem amant. Spiritus enim fixi, tenebris offusi, actiones homogeneas appetunt, sicuti contrâ, quorum Spiritus activo vigore fœti conversatione delectantur.

8. Timent, mortem instare putant. Ut tenebrae omnibus hominibus, nisi docti, vel audaces sint, timorem injiciunt; sic atræ bilis color mentis sedem tenebris similem reddens timorem efficit. *Galen. L. 3. de Loc. aff. c. 7.*

9. Furore insano afficiuntur. Ab imaginibus furibundis, spiritibus indelem flammeam atque impetuositatem conciliantibus.

10. Ve-

10. *Venenō, inediā, strangulatione & suffocatione* pereunt. *Affectiones corporeas, in Spiritu insito radicatas, ipsam afficere phantasiam, illamque ad imagines cognatas, & affines Spiritui insito producendas determinare posse in somno, clarissimum præter jam allata experimenta faciunt, quod □ a vesicam pueris vellicans, somnia faciat istos stare ad angulum & mejere. Sic quoque σάσις sanguinis præcordialis in somno phantasma se prementium parit; abundantia spirituosi seminis, genitalia proritans, insomnia venerea excitat.* Pari ratione in deliriis, quæ dicuntur insomnia vigilantium, *actiones corporeæ in parte radicatae afficere phantasiam illamque ad ideas symbolicas atque cognatas producendas determinare facile possunt. Quare in Vesta vitali, Corde, ardens flammula, cùm admodum obscura, tenebricosa ac pene extinguibilis in melancholicis sit, tum ob Spirituum animalium splendorem desperditum, tum ob Salium acidorum, in MS. eā congestorum, cumulum fermentationi resistentium, hinc illorum phantasia ab imperio rationis libera fingit ac format sibi cognata phantasmata de extinguendā ac suffocandā illāflammā; proinde de inediā, quæ pabulum flammæ detrahit; de veneno, quod facultatem habet spirituum indolem deturpandi ac invertendi; de strangulatione & suffocatione, quæ necessarium flammæ foventum intercipiunt Arem frequenter cogitanti ac talismodi actiones naturali instinctu semper urgente ac svadente, id in effectum traducendi secum digerunt, præprimis vitæ pertæsi & summe debilitati, si bellam occasionem nanciscantur, instinctum talem naturalem patefaciunt, & talismodi mortis genus subeunt.*

II. *Melancholici r̄im vitæ inferentes facillimè moriuntur. Rationem reddit elegantissimam B. Rofſincius, cuius fama immortalis tr. de apoplex. p. 21. melancholici, inquit,*

animo sunt dejecti, inedia emaciati, paucissimo abundant sanguine, immò jam in Charontis cymbā pedem habere videntur; nonnunquam etiam solo mœrore exhaustis viribus diem obeunt, adeo ut vel levi vi filum vitæ queat abrumpi. Hinc, qui in melancholicā dispositione vitæ tædio laqueum sibi injiciunt, vel levi accedente constrictione cum genubus vel natibus incumbant, subito emoriuntur. Eadem est ratio, quod illi, qui venenum hauriunt: vel in flumina se præcipites dant, citò moriantur.

**12. Maniaci**, vel gladio se confodiunt, vel gulam absindunt. Illi enim penè è diametro oppositas & contrarias actiones habent cum melancholicis. Spiritus enim ignei mobilissimi sunt, sanguis fervens biliosus mirè in vasis ebullit, hinc quoque sibi eligunt mortem, quæ magis ad furoris speciem inclinat, ac furibundo & desperato animo vulnus sibi infligunt, sicque filum vitæ sibi abrumpunt, neque facile laqueo vel suffocatione vitam finiunt, nisi in melancholiā mania degeneraverit. Fugiunt potius naturā omnes aquam, ut etiam suffocatione in aquis dissimulatā multi maniacorum restituti sint. *V. Roflincii diff. de maniā p. 19.* contrariā nimirum ideā Spiritibus introductā, quæ Spiritus igneos deprimit atque obnubilat.

Consideratis causis *άυτοχειρίας* melancholicæ, jam quale prognosticum ratione *salutis & mortis* penes illos, qui cum morte colluctantur, statuendum sit, videbimus.

Strangulatos, qui spumam habent ante os, non posse in vitam revocari, pronunciat *Hipp. L. 2. apb. 43.* qui explicationem accuratiorem meretur. Hunc aphorismum non penitus esse universalem, neque injuria a Galeno esse interpolatum, *Pechlin. tr. d. aeris & aliment. defect. sub aquis p. 87.* affirmat, adducens contrariam experientiam, quod strangulati, quibus os largiter spumâ obsessum, lucis usu-

usuræ restituti fuerint, adhibitis convenientibus remediis. De pluribus tamen valere, præprimis de illis, qui ex melancholica dispositione hoc mortis genus quærunt, non ibo inficias. Spuma namque est saliva rarefacta a Spiritibus summe mobilibus, fugam jam meditantibus permixtis. Hinc quoque furiosorum os plerumque spuma obsessum, quæ a Spirituum actuoso & igneo motu dependet, uti fortis agitatio albumen ovi in spumam redigit. Sanguinis itaque circulo in melancholicis non amplius evoluto, sed sanguine <sup>sæcū</sup> in interstitiis habitus carnosí moliente, lympha secedens ad novos ductus affectat viam, atque a Spiritu partium insito resoluto (qui post mortem aufugit) & ejus calore propellitur ad tubulos glandulosos. Accedit, quod muscularum faciei, bucconis panniculi carnosí quandoque post mortem se convellentium robore elidatur, labiorum quoque fibris contractione sua non nisi angustum effluendi spatium concedentibus, magis in spumam sic resolvitur, facilis alias humor. Idem aphorismus valet de illis, qui aqua suffocati sunt; illorum enim os pariter spuma obsitum, copioseque mucositates ex illorum naribus profluunt.

Neque enim hi facile restituuntur, præprimis si corpus elevatum sit & extremitates digitorum corrosæ, quæ phænomena dependent a putredinosa humorum fermentatione, & Spirituum omnium resolutione. Præprimis autem omnes melancholici (uti antea dictum) non facile vitæ redduntur, horum enim ignis vitalis per se pene eclipsin patitur, tum ob massæ sanguineæ diathesin acetosam ad fermentationem (in qua nostra flammina consistit) minime aptam, tum ob particulam astralem ob affectus maxime imminutam, hinc aere, ignis nutrimento, per constrictionem arteriæ asperæ & venarum denegato, omnis fermentatio, Spirituum generatio labefactatur, flammaque

extin-

existinguitur. Sine aere enim nulla particularum motio, nulla agitatio fieri potest, exemplo Salium diversi generis comimistorum, quæ si aeris influxus inhibetur, nullam effervescentiam nullumque excitant strepitum. Quod si autem talia signa ad mortem non appareant, neque subjectum ad melancholiam dispositum sit, seque voluntariæ strangulationis vel suffocationis morti immolet, nullus dubito, quin convenientibus administratis remediiis in lucis usuram revocari possit. Quanquam enim signorum vitalitatis nulla amplius apparentia sit, flamma vitalitatis penè extincta videatur, ob sanguinis fermentationem deficientem, aëre inhibitō, adhuc tamen ætherea particula scintillulans in cordis globo gliscit, quæ, modo aëris transitus liber sit, iterum sanguinem debitā fermentatione accendit, sicque penes plures mortui reviviscunt, non aliter ac hirundines, varij generis aves, imò animalia perfecta (ob crassiorem aerem ad fermentandum minime aptum) hyeme mortua, calido aere admisso, vel verno tempore accedente reviviscunt. Syncope (quæ nil aliud, quam desistens fermentatio sanguinis & læsa flammulæ productio à variis causis) affecti per medicamenta tempore legitimo adhibita in pristinum vitæ statum optime possunt restitui. Jam autem strangulationem nil aliud esse, quam syncopem, ab Ais defectu ortam, & etiam illos, qui strangulatione pereunt, prius syncope tentari Verulamius hist. vita & mort. p. 559. probat, ubi strangulatus, morti proximus, resolutus dixit, se non sensisse dolorem, sed colores varios, nigricantem, cœruleum, ante oculos obversantes, quales animo linquentes conspiciunt. Ergo eodem modo iisdem etiam medicamentis, quibus syncoptici restituuntur, uti magno cum juvamine posse strangulatos morti proximos collegimus. Nimirum motus sanguinis ac fermentationis restitui debet per venæ

sectionem, frictionem, infusionem liquorum Sale volatili æthereo turgidorum, vel per communicationem aeris calidi aromatici, uti in casu nostro maniacus strangulatus vitæ redditus fuit. Hoc modo plures ex laqueo in lucem revocatos fuisse, imò suffocatos, testantur historiæ annotatae à Schenckio obs. 233. l. 2. à Wepffero de apoplexiâ p. 181. à Bartholin. cent. 6. hist. 68. à Pechlino ingeniosissimo l. c. p. 86. qui dicit sibi exemplum innotuisse mulieris laqueo strangulatæ, quæ respiratione & pulsu jam deficientibus, spumâ in labrum effusâ, quod vel unum vitæ non reddituræ signum perhibetur, & omnibus conclamatis, ad medici tamen insperatum accessum & liberalem Spiritus Salis ammoniaci infusio-  
nem planè revixit.

*Opium*, à melancholicis in magnâ quantitate assumptum,flammam vitalem alias debilem facile suffocare. vi-  
taque ecclipsis accersere potest. Virus enim occultum narcoticum stupefactivum immediate in Spiritus animales evibrat, quos obnubilat atque obscurat; hinc quoque febricitantibus debilibus exhibitum somnum aeternum parit.

*Sanguis taurinus* mumiali ac quasi seminali gaudet virtute, uti *sanguis felinus* hominem induit felinis moribus, humanus furem, delirium melancholicum excitat, nisi fortissimo motu ideæ peregrinæ per aperta spiracula excludentur; sic quoque ille à peregrinâ ideali qualitate non erit immunis, quæ Spiritus invertere atque afficere satagit.

*Mercurius meteorisatus* ac telis quasi Salinis armatus in minimâ quantitate funestam microcosmo inducit tragœdiam. Omnia Sulphura metallica terrea sunt blanda atque naturæ amica; ast salina acida summè deleteriâ qualitate stipata sunt, uti lethalibus infamatum exemplis *arsenicum*, *Glum quis*, tui particulis ac moleculis salinis involutum,

*S*i *ius salinus* factus sat testantur. Omne enim acidum per se fermento sanguineo est inimicum, præprimis si volatile penetrans fit ac idealibus imbuitur qualitatibus, tum au-  
lam vitalem aggreditur, ibique ἐντελέχιαμ suam venenatam prodit. Sic quoque Spiritus a melancholicis sumptus spirituum Χέστιον immutare ac facillime suffocare illos ac de-  
turpare aptus est.

*Prognosis* vulnerum desumi potest ex aliis Autoribus, qui ex professo de hac materia tractarunt. Sic vid. *Excel-  
lentiss. Dn. D. Welschii RATIONALE vulnerum letalium  
judicium p. 78. & seqq.* ubi agit de vulneribus asperæ arteriæ.

*Inedia* (quanquam communiter statuitur ad septi-  
mum diem vitam sine cibo protrahi posse) cum omne pa-  
bulum flammæ vitali alias debili detrahatur, facile melanco-  
licos necat.

Perspecta prognosi ad ipsam curationem devolvimur,  
quæ duplex est:

*Prima* comprehendet remedia illorum, qui manum  
jam sibi intulerunt, quo medicus in tempore accedens for-  
san opem misero, morti proximo, afferre possit, effectum-  
que inhibere.

*Altera* suppeditabit remedia, quæ causam *ἀντοχείας*  
(delirium) adeoque ipsum effectum tollunt.

Quapropter suffocati & strangulati in ipso fati limine  
consistentes præmaturo adventu ad vitæ usuram revocari  
possunt, si fermentatio & intestinus sanguinis motus adeo-  
que circulatio procuretur per liberalem Spiritus Θ \*ci-  
cum ∇ vitæ infusionem, si corpus in calidum locum fera-  
tur, calidis pannis fricitur, vena secetur, halitu ac aura vi-  
vidiori masticati cinamomi recreetur; ipse quoque aer per  
folles in arteriam asperam insuffletur, quo texturæ sanguini-  
næ spatiolis interspersus motum intestinum promoveat.

*Opium vis soporifera optime debellatur per alcalia, quæ texturam hujus simplicis invertunt, adeo ut virtus deleteria castretur ac cicuretur. Paret hoc exinde, quia sudorem opii amarum mutant in medium acrem. Prodest hic lixivium Salis  $\frac{1}{2}$ i c. spir. \*ci acuatum; it. camphora, quæ poros cerebri obstructos aperit, sensus excitat, hic laudem meretur.*

*Sanguis taurinus haustus per vomitoria statim extirpetur, ejus noxa sanguini affricata per sudorifera Spiritum sanguinis humani, viperarum, optime tollitur.*

*Dura spicula diluantur per aqua osa demulcentia, quæ tricis suis contextuque anfractuoso ipsas acies excipiunt. Lixivia quoque dum acidum absorbent, non sunt de nihilo.*

*Inedia debetur sanguini particulis æthereis volatilibus orbato adeoque Thia acria stimulantia ventriculum, & calorem producentia progigni vix possunt. Spiritus itaque sunt refocillandi, lympha acris volatilis reddenda, acidum cruoris absorbendum, ut fames redeat; hisce indicationibus satisfacit laudatissimum medicamentum, *Sal volatile This ammon. o caryopbyll. vel cinamomi saturatum.**

*Curatio vulnerum desumenda est ex fonte chirurgico, quem varij Autores suppeditant.*

*Jam ad alteram curationem progressum facimus, quæ causam hujus mali tollit, nempe delirium, mentemque restituit sanam in corpore sano; hinc effectus consequuturus non potest non quoque exspirare.*

*Curatio autem hæc absolvitur:*

I. *Causam occasionalem tollendo, nimirum peregrinorum imaginationum seminaria.*

II. *Archeum sive Spiritum quemvis singulatim robando.*

Primum peragitur, si omnia evacuatoria serventur patula atque aperta, quod natura roborata excrementa per congrua sua evacuatoria (habet enim quodvis excrementum congruum suum evacuatorium) proscribere possit. Quapropter venæ hæmorrhoidales in consuetis; uterinæ in illis, quibus lunare tributum non rite solvit, adaperiantur; seminis copia per conjugium imminuatur; plethora per venæsectionem corrigatur. Sanguis ob nimiam abundantiam circulo non rite potest rotari; hinc Spirituosus præprimis in arteriis acescens atque corruptus per arteriotomiam detrahatur, quæ insigne juvamen adfert; cum autem hæc sectio plena sit periculi; venæ capillares, quæ optime fungi possunt vice arteriotomiæ, potius elegantur vena salvatella, sublinguales, pone aures, frontales, mirum à Practicis in deliriis omnibus decantatae; hæc enim cum sint capillares sanguinem immediate ex arteriis receptum fundunt; arteriosus quippe sanguis subtilior ac Spirituosior faciliter in has venas penetrare potest, crassò relicto. In furore maniaco præstat fermè ad animi deliquium sanguinem mittere.

Deinde inter omnia ratio habenda est salivationis, quæ si supprimatur, fœcunda mater existit exrementorum malignorum.

Optime autem promovetur per *Sialia*, quæ in maniacis pro scopo salivationis egregie laudat *Rolfinius tr. de capit. affect. p. 29.* iisque desperatum maniacum restituit. Unguentum sequens regioni præcordiali vel etiam spinali medullæ inunctum laudatissimum est:

*Emplasti. iij. gum. ammon. 3ij.  
ii dulcis 3iij.  
gis native gxxv.  
unguent. albae 3ij.  
balsam. peruvian. 3j. M.*

*Internè encomiis exornat B. Dn. Ludovici de republicā Apollinari meritissimus, in laudatissima suā Pharmaciā pag. 217, 218. Spiritum Oli digestum, super vitrum tui vel crocum metallorum ad guttas aliquas datum. Salivationem cum summā euphoriam excitat. Potest etiam loco eius Oli substitui nūs Θ \*ci vinosus.*

*Vomitoria, quæ in omnibus morbis Spirituum sive archealibus magni aestimantur, hic imprimis in usum vocabimus, multis enim intentionibus satisfaciunt.*

Evacuant simul salivalem laticem magna in copia, dum miliares œsophagi glandulas vellicant, nūbus animalibus peregrinas ideas fortiter excutiunt, fordesque impetas removent; Imaginationum seminaria, philtrum, opium, ex improviso immissa, felicissime exterminant, ipsam atram bilem ad naturam √æ stygiæ accedentem, ne per circulum quasi in sanguinem redundando ipsum collutueret, proscribunt. Præprimis autem ex jio concinnata medicamenta hic palmam præripiunt.

*Tartarus emelicus ex croco metallorum rite à scoriis liberato secundum præceptum Willisi in Pharmac. pag. 63. paratus, hic laudem meretur, in primis cum tñ nativâ permisus, sicuti Magnificus Dn. D. Wedelius, Præceptor meus optimus ac fidelissimus in collegio Practico Timæano inculcat; hæc enim simul virtutem irradiativam nūs confortativam possidet, blandum quoque ac modestum vi sua anodynæ ipsis injungit motum, ut summa postmodum cum euphoria sequatur vomitus.*

*Crocus quoque metallorum purus, prius bene in crucibulo candefactus (ut particulae Ææ volatiles avelint) potest comitode ad gr. ij. l. 3. in substantia cum aliis propinari. Willius in Pharmac. ad gr. IV. V. tuto præscribit, vel etiam in vinum potest infundi, quod postmodum filtretur & calide propinetur.*

<b>R.</b>	<b>早</b>	emetio.	g. iij.	38.	�. esmoxo affrodis hysiek.
	<b>zis</b>	nativæ	g. iv.		�. de leuq. in strinacill. q.
	<b>oo</b>	meliss.	gt. i.	M. F. pulvis.	
	<b>croci</b>	metall.	puri	g. ij.	
	<b>¶i</b>	emet.	gj.		
		crem.	¶r.	EB.	
	<b>oo</b>	macis	gt. i.	M. F. pulvis.	
	<b>succi</b>	prunor.	dulc.	3ij.	
		croci	metall.	g. iv.	
	<b>cinnamomi</b>	3j.	M. F.	Infusum ponatur in calidum	
				locum.	

Vomitoriis non ex voto statim operantibus conductit Spiritus \*ci propinatus, qui acidum ponticum figens absorbet, in melancholicis, in animalibus elasticum ac expansivum injungit motum, vel crystalli ¶i in biliosis ad expeditiorem faciunt operationem.

Evacuatis hoc modo excrementis spirituosis necesse est, ut evacuatoria naturalia aperiantur, quo natura excrementorum sylvestrium copia sublevari possit, quæ tum morbi causam, tum etiam effectum constituunt.

Primum autem locum tenent purgantia, haec humores peregrinos copia peccantes crassos felicissime excludent per omnes rivulos gyris intestinorum appositos. Antequam autem illa in usum trahamus, præmitti debent medicamenta vias aperientia, humores fluxiles & coctos reddentia. Cocta enim juxta Hippocratis præscriptum, debent expurgari, hoc est, humores debent prius alterari, eorum qualitas peregrina inverti, quo deinde natura aliqua ex parte amici felicius per purgantia possint excerni.

Sequentia utrique intentioni satisfaciunt, oī dūnta

<b>R.</b>	<b>R</b> æ	<b>zis</b>	pomat.	l.	cydon.	ba abonambo flotoq
		arcani	¶i	ā.	3j.	
		extract.	ellebor.	nigr.	3j.	M. D. in vitro.

**R**e d̄is Zwelf.

Mistur. simpl. a. 3j. M.

**R**2. Mistur. antiscorb. Rofinc. 3j.

Liquor. ōlis & ⑧ fl. \*ci gt. vj.

arcani ♫ soluti 3j. M. D.

**R**3. Elix. PP. antiscorbut. 3ij.

Extract. ellebori nigri,

unus Θ \*ci : 3j. Misce.

Si autem alvi scybali insigni duritie laborent, præstat clysterem saltim evporistum præmittere & applicare compositum ex lacte vaccino calido, albumine ovi fortiter agitato, addito tantillo Salis culmarii & fellis taurini.

Dispositis ita viis & ad exitum præparatis humoribus purgantia cum fructu exhiberi possunt. Hinc

**R**4. gialap. resinost,

Lapid. Lazuli a. 3j.

resin. scammon. g. x.

arcan. duplicat. g. vj. M. F. Pulvis, qui in deliriis frequentissime egregiam locavit operam.

Si pilulæ expetantur:

**R**5. Extract. Ellebori nigr.

resin. scammon. a. 3t.

li dulc. g. xij. M.F. pilulæ xv. cum balsam. peruriano.

Cum autem melancholici plerunque siccioris constitutionis sint quoad intestina ob salium austeriorum facultatem constrictiva pollentium ibi stabulantum copiam, hinc infusa citius operantur. Quare

**R**6. Rad. polypodii

armoracie,

zedoarie a. 3g.

herb. fumarie,

melissæ a. mj.

cinamomi

cubebarum, a. 3ij.

fol. sennæ f. fl. 3v.  
fibr. Ellebori n. 3j.

**¶**i crudi 3*fl.* M. concisa & contusa D. ad chartam S. Species zum Purgier-Wein nach und nach zu gebrauchen.

Sequuntur Diuretica, inter quæ talia præprimis commendanda, quæ secundum Cl. Helnont. p. 560. apta nata sunt in urinam mutari, ut renale evacuatorium petant; (1.) sint amica naturæ; (2.) subtilia, ut quaqua versum eant; (4.) humores peccantes simul alterent & qualitatem noxiæ expugnent; (5.) qualitate specificâ renalem archeum stimulent. Hoc pacto unâ fideliâ cuos vel tres dealbare possumus parietes, puta effectus perficere, nim. humores noxiös alterare, obstructions expedire, & simul copiâ delinquentes humores excernere.

Talia sunt medicamenta salina immersa particulis resinosis **¶**eis, (quod renum archeus stimuletur) & particulis ejusmodi instructa quæ humoribus prædominantibus acidis vel alcalimis amicam qualitatem inducunt. Hinc

**R.** arcani **¶**i

Liquor. **O**si è ou **O**id & **\*ci** a. confecti a. 3j.  
**n**us **θ** \*ci. 3*fl.* M. Dos. gt. 30.

**R.** arcani. *du*pli<sup>c</sup>at.

**¶**i **¶**isati Ludovician. a. 3ij.

**θ**lis volat. succin. g*x.* F. Pulv.  
**¶** petroselin. g. j. M. D. pro 3. dosibus.

**R.** **▽** fumaria,

petroselini a. 3j.

cinamomi 3j.

**H.** 3*fl.*

**θ**l. volat. succini 3*fl.*

syr. scelotyrb. qf. M. F. Potio. S. auff 2mahl.

**R.** **n**us \*ci 3ij.

**¶**. 3*fl.*

**n**us **¶**li gt. 6. M. F. Liquor diureticus Dosis 60.  
guttæ in haustu cerevisiæ frigidæ.

**Ræ aperitive** Mæbii 3ij.

**mus succini** 3j. M. Dos. gt. x. xv.

**Diaphoretica** summam hic locant operam, per insensibilia enim spiracula morborum semina excludunt, Spiritus augent in melancholicis, aciduni absument, æthereum fermentationis in sanguine procurant motum. Talia sunt medicamenta penetrantia volatilia urinosa subtilissimum oleosum principium foventia, quæ in melancholicis saltim locum habent, v. gr.

**Ræ famar.**

**scabios.** a. 3j.

**Effent. theriacal.** 3j.

**mus viperarum,**

**Cornu C. l. eboris** a. gt. x.

**Oi** gt. iij. Misce S. Schwißtrånegl. auff 2. mahl.

**Sal. polat.** C. C.

**Oi** 3ti a. g. vij.

**camphore** g. iij. M. F. pulvis S. auff einmahl.

**Ræ bezoard.** Michael. 3i.

**mus \*ci vinos.** super 80 fætid. l. eboris abstracti.

gt. io. M. Dos. 30. vel. 40. guttæ.

In furiosis autem & maniacis affectibus, ubi Spiritus exæstuant, crux quasi excandescit, volatilia dicta locum vix inveniunt: adhibenda tunc potius ligantia ac quasifigentia Spiritus; sudor enim vix fluit, si omnia quasi exæstuant in microcosmo, furibundus Spirituum adest motus. Profundunt theriacalia Osa Vea, fixa opiate. e. g.

**arcan. dupl.** 3B.

**camphore** 3B.

**laudan. op. g. 1/2.** M. F. pulvis D. in 2. doses.

**3ii** diaphoret.

**cerallor. rubr.** ppt.

**Oi** 3ti a. 3j.

**laudan. op. g. j.** Misce F. pulvis D. in dosibus duabus.

**R**e bezoard. 3j.

**S**pus **O**li **c**ephal. 3*lb.*

**E**ss. anodys. gr. v. M. Dos. gr. 40.

Jam quoque perhibenda sunt talia, sub quorum vexillo totus Hermeticorum militat chorus, nim. medicamenta astralia archeum sufficientia. Hic humorum praeses est, ipsos alterat, omnia in regno microcosmico disponit & ordinat ac principatum gerit. Cum autem archeus (ut supra mentio facta) sit complexus Spiritus, ex animali vitali & partibus insito conflatus, quorum perpetua harmonia & connexio est, hinc affecto animali, qui principem locum occupat, & vitalis & ipsi humores alterantur, ut vice versa alteratis humoribus & vitalis & tandem Spiritus animalis alteretur, quanquam illud imperium eminentiori gaudeat gradu & citius peragatur.

Quapropter almæ artis apollinaris supremus gradus est, talismodi medicamenta præparare, quæ instar affectuum ipsos Spiritus animales immediate petunt, summum splendorem lucidum ipsis fœnerant. Et talium censu sunt medicamenta astralia insipida, è regno minerali petita.

Magni naturæ Mystæ hic uno ore collaudant solum suum sophicum luminosum ac valde astralem factum.

Philaletha in tr. de introitu aperto ad occlusum Regis palatum, communicat processum: Nim. **Si**us vulgaris depuretur à scoriis suis  $\nabla$ is & Aestribus beneficio amalgamationis cum Regulo **s**iali instituæ, quam binæ Dianæ columbae additæ promovent. Decem per vices iterum per sublimationem separetur a regulo, reiterata tamen semper priori amalgamatione ante sublimationem. Redditur sic **Si**us purissimus splendidissimus philosophicus, qui cum debita proportione **O**is coquitur in medicamentum modestissimum ac potentissimum in omnibus ferè morbis desperatis, ad pauca grana sumptum.

*Poterius*, insignis Chimiater, in *Pharmacopœiâ suâ Spagiricâ* ubique dilaudat & prædicat ⊕ suum diaphoreticum, quod nihil aliud est, quam sanguis sanguis in eis coagulatus.

*Basilius Valentinus* sanguinem sanguis, quem describit in *curru triumphali p. 408.* coagulat cum ovo Eli in summam panacæam.

*Knöeffelius* laudatissimus podagræ domitor, eodem medicamento in jam conclamatis (ut fertur) usus est.

*Sulphura* quoque mineralium fixa, anodyna, dulcedinem præ se ferentia, ceu magna naturæ arcana *Helmontius* estimat.

*Solutiones lapidum*, peculiari Spiritu insito gaudentium pretiosorum, it. nobiliorum metallorum cum menstruo catholico limpidissimo insipido æthereæ prosapiæ celebratae summam opem locare dicuntur in medendi arte. Talismodi menstrui indubitatus possessor *Excellentiss. Dn. D. Sieboldus*, Archiater Ducalis Saxonicus, Patronus meus exoptatissimus est, qui candide meæ tenuitati ejus effectus retulit, & ad oculum demonstravit.

Hisce heroicis & magnificæ famæ remediis destituti, nolumus quidem tumore intempestivæ censuræ illa inflare, cum fidelem prius communicationem requirant. Interim contenti maxime sumus nostris evporistis admodum probatis nec infimæ notæ remediis Spiritus animales confortantibus, ex quorum numero sunt v. gr. ♀ dulcis, cui in præparatione crocus ⊕ vel ♀ adjectus; zina quoque excellunt. *Helm.* illam in fascinationibus & dæmoniacis affectibus laudat externe appensam. Externe quoque in affectibus Spirituum animalium v. gr. spasmo, convulsione, mira præstare in emplastro vel unguento carpis manuum applicata dicitur à B. meo Parente in *Clave p. 293.* Bezoardicu[m] Ore, ♀are, lapides pretiosi, quæ irradiative & solo

attactu astrali instar amuleti in Spiritus agunt, commendanda sunt: **R**æ **O**ris ex croco ejus beneficio Salis volat. **Syl-**  
**vii** parata; *coralliorum cum* **o** *citri vel melissæ* (quæ coralliis  
colorem omnem rubicundum extrahunt, si in digestionem  
fortem ponantur) concinnata non erit de nihilo. Huc  
pertinent quoque *opiata*, quæ immediate in Spiritus ani-  
males operantur, simul ac enim in ventriculum immissa  
sunt, somnus obripit. In deliriis nonnulli illa favonio  
odio prosequuntur, sed quid statuendum sit de hac re, vi-  
dendum in Opiologia *Excell. D. D. Wedelii*. Hoc notabile  
est, quod in principio, ubi minera morbi adhuc præsens,  
ideæ phantasticæ firmiter impressæ, nullum inveniant lo-  
cum. Præmissis autem præmittendis, si ideæ saltim adhuc  
superficie hærent in Spiritibus, tunc amentiam falce  
quasi una demetere possumus; præprimis si rite per fer-  
mentationem sint correctæ, ambra, & moscho confortata  
& cum humectantibus exhibeantur.

Ex hac classe variæ jam possunt deponi formulæ v. gr.

**¶.** **gis** *nativ.*

*pulvis bezoard.* **Senn.**

*bezoard.* **Daris** **ā.** **Ej.**

*laudan.* *op.* *cum mosch.* **gj.** **M. F. pulvis**  
**D. in 3. doses.**

**¶.** *spec. latificant.* **Rhasis.** **Ej.**

**gis** *nativ.* *prep.*

*bezoard.* **Oris** **ā.** **EB.**

*ambræ* **g.** **j.**

**o** *cinamom.* **gt. j.** **M. F. pulvis** **D. in 2. dos.**

**¶.** *lap. s. pretios.* *ppt.* **Ej.**

**¶ii** *dulcis cum croco* **o** *parat.*

**gis** *nativ.* **ā.** **EB.** **M. F. pulvis.**

**¶.** **R**æ *corall.* *cum* **o** *citri* *parat.*

**R**æ **O**li *anodyn.* **ē** **A**ā **O**li **d.** *cum* **V**parat. **ā.** **EB.**

**M. Dosis 40.** *gttæ.*

**R<sup>e</sup>.** R<sup>e</sup> Cis cum Sal. vol. parat. 3j. D. in vitrum Dos gt. 20. 30.

Jam descendendum mihi est ad alteram classem, quæ comprehendit medicamenta Spiritus vitales confortantia sive cardiaca. Sunt autem cardiaca secundum Nob. D. D. Wedelii theorema 15. f. p. 5. f. 7. quæcunque rarefactionem sanguinis secundum naturam restaurant vel præternaturalem impediunt. Sive quæcunque flammam vitalem nimis debilem augent vel etiam igneam nimis & mobilem temperant.

Prius exsequuntur ~~multus~~ si volatiles, Sal volat Sylvii, oīis cephalicis essentificatum v. gr. rosmarini, melissæ, cinamomi, macis. Fit hoc Sal volatile, si loco ~~et~~ in ~~multus~~ \*ci præparatione sumatur V vulgaris, liquor primo stillans asservandus usui medico; Repagula corporum omnium oleosorum ac resinosorum reserat quam optate, v. gr. balsam. peruvian. myrrham, succinum, lign. aloes moschi, omnia olea destillata, camphoram, opium, castoreum; Ex oleo quoque ~~qui~~ fœtido elegantissimam extrahit essentiam, ~~multus~~ \*ci cum ~~multu~~ lil. conval. ā. mixtus constituit liquorem cephalicum & cardiacum præstantissimum, qui potui ordinario potest instillari. *Confectio* quoque *Alkermes*, *Hyacintbina*, *Eff. moschi*, *ambra*, *croci laudem insignem* merentur. Spiritus cardiacus & cephalicus sequens à B. meo Parente inter scrinia asservatus meretur adduci. v. gr.

**R<sup>e</sup>.** b. rosmarin. sylv.

majoran.

lavendul. ā. mß.

cinamom. acuti 3j.

caryophyll.

nucis moschatae ā. 3ij.

cubebarum

storacis

benzoes ā 3ß.

balsam, peruvian. 3j. Misce.

**Concisis & contusis** affunde **Spiritus liliorum convall.** 1*lbj.*  
**Exponantur macerationi** per aliquod & post illa per alem-  
**bicum ex arenâ.** In principio autem destillationis adjice  
**Salis**  $\frac{1}{2}$  i puri  $\frac{3}{4}$  *lb.* & Salis ammon.  $\frac{3}{4}$  *j.* Destillatur **Spiritus**  
**longè elegantissimus, penetrantissimus, odoratissimus, qui**  
**interne & externe exhiberi potest.**

Ex hisce jam laudatis variæ pro lubitu **concinnari pos-**  
**sunt formulæ.** v. gr.

**R.**  $\omega$  *bujus cephalici*  $\frac{3}{4}$  *ij.*

**Eff.** *moschi*  $\frac{3}{4}$  *lb.*

*croci.*  $\frac{3}{4}$  *lb.* M. Dosis gt. 40.

**R.**  $\Theta l.$  *volat. cinamomif.*

*meliſſat.*  $\tilde{a}.$   $\frac{3}{4}$  *ij.*

*castorin.*  $\frac{3}{4}$  *j.* M. D. gt. 20.

**R.**  $\omega$  *tus fuligin.* *rectif.*

**Eff.** *balsam. peruvian.*  $\tilde{a}.$   $\frac{3}{4}$  *j.* M.

**R.**  $\nabla e$  *meliſſe citrat.*

*rosarum*  $\tilde{a}.$   $\frac{3}{4}$  *lb.*

$\omega$  *lil. convall.*

$\nabla$  *cinamomi*  $\tilde{a}.$   $\frac{3}{4}$  *ij.*

*confect. alkerm.*  $\frac{3}{4}$  *lb.*

$\omega$   $\Theta$  *is dulc.*  $\frac{3}{4}$  *j.*

$\frac{1}{2}$  *is nativ.* *ppt.*

*spec. laetificant.* *Rhas.*  $\tilde{a}.$   $\frac{3}{4}$  *lb.*

*syr.* *de stoechad.* *arab.* q. f. M. F.

Potio confortans.

Cum autem vitalis purpura sœpè in vasis mirum in mo-  
dum excandescat, Spiritus exæstuent à copiâ salium sylve-  
strium alcalinorum & scoriarum  $\Delta$ earum, hinc potius  
præcipitantia sylvestre illud  $\Delta$  conveniunt, qualia sunt aci-  
da volatilia v. gr. *clyffus*  $\frac{1}{2}$  *ii*  $\Delta$ ratus,  $\omega$   $\Theta$  *is d.*  $\omega$  *us*  $\Theta$  *i d.* quem  
magni æstimat *Sylvius in Praxi*,  $\omega$  *us*  $\Theta$  *li volat.* *Hartm.*  $\omega$   
 $\Theta$  *li.* &, *tinctura fl. 4.* *Cordial. arcan. duplicat.* quod etiam  
in sinu fovet  $\Delta$  quoddam anodynnum à  $\Theta$ lo proficiscens,  
*sacchar.*  $\frac{1}{2}$  *n.* Hæc longè præsentissima remedia sunt? Quare

**¶. vii**  $\Theta$ li volat.

antepilept. Hartm. a. 3j. M. Dos. xx. guttæ.

**¶. viii** Ræ fl. 4. Cordial. cum phlegm.  $\Theta$ li extr. 3ij.

clyssi gii  $\frac{1}{2}$  rati 3j. M. D. 30. guttæ.

**¶. ix.** arcan. duplicat. 3j. facch. tni 3j.

camphora gr. ij. M. F. pulvis,

**¶. x.** arcan. duplicat. 3ij.  $\frac{1}{2}$  is nat. 3j.

laud. op. gr. ij. M. F.  $\Theta$  anodynum.

Tandem adducenda quoque sunt *specifica*, spiritum partibus insitum affientia.

Petenda sunt hæc medicamina è regno animali ; hæc enim magis consymbolica sunt naturæ nostræ, ut etiam ob homogeneous partis confortari & ideales peregrinæ qualitates in illa recipi possint. Adhibenda autem sunt, præmissis prius medicamentis causas ac mineram morbi extirpantibus, si ideis spiritus assuescant & ex consuetudine minus idealē motum producant; tunc facile transplantari & in corpus consymbolicum traduci possunt peregrinæ ideae. In deliriis itaque commendabilia sunt sequentia : *cerebrum humatum*, ejus  $\frac{1}{2}$ -us, &  $\Theta$  volat. it. *cranium philosoph. calcinatum*, *cerebrum canis* (quo B. Dn. D. Michaelis desperatum maniacum restituit) *arietis sanguis asininus*, *pulv.*  $\frac{1}{2}$  *fluviatilium*; hæc omnia internè felices medentibus porrigit manus. Externe *hepar arietis*, *pulmo calidus*, ex *vitulo extractus* & fronti applicatus; it. *columba*, *gallus*, *tinea* per medium dissecta & carpis vel pulsi- bus manuum applicata, magni astimantur a praxin frequen- tem exercentibus. Medicamenta hæc quasi magneticè ad se trahunt spirituales & ideales qualitates è partibus, hinc appli- cata hæc, v. gr. *hepar* per aliquod tempus fœtidissimum ac- quirit odorem ob putredinale fermentum ipsi communi- catum.

Huc quoque trahenda sunt, alia, quæ apta nata sunt talis- modi spirituales impressiones recipere & quasi in se derivare; *hypericum*, *anagallis* & ex iis paratæ essentie; *Salvia*,  $\frac{1}{2}$  *ina*, medica- menta è *stercorum* familia desumpta, huic scopo inserviunt. Hinc quoque in omnibus fascinationibus, incantationibus, deli-

deliriis, ipsâ peste, quæ ex spiritualibus ætheris impressionibus ortum dicit, non infirmum locum sustinent.

Jam quoque digressum facimus ad fontem *dietetum*, ex quô pauca solummodo deponamus; nolumus enim crambem toties coctam reponere. Ægri utantur aëre luminoso, claro, amœno, *humido*; aér enim est perpetuum Spirituum nutrimentum ac foven-  
tum, hinc aëre vitiatō; ipsi quoque Spiritus male se habent & tota machina. Cibus sit boni succi, qui præprimis particulas balsamicas.  $\Delta$ eas blandas &  $\nabla$ eas dulces sanguini largiuntur. Elementum enim boni chyli per consequens laudabilis sanguinis constituunt particulæ  $\Delta$ eæ &  $\nabla$ eæ. Omnes acres, acidi, flatulenti, Salini exu-  
lent. Vinum purum non adeo generosum modice in usum trahatur, hoc enim secundum Platonem & corpus & ipsam animam calefacit. Sero lactis, in quo herbae cephalicæ antiscorbuticæ, ut fl. borrag. coriandr. crocus, cinamomum, fœniculum, cubebæ incoctæ sunt, frequenter utantur. Somnus sit a satietatem, hic enim dulcissimum vitæ ac Spirituum blandimentum simul quoque humectat & impres-  
siones firmas delet. Affectus animi imprimis mitigentur. Præstat non semper illis contradicere, sed salutari dolo illis adstipulari, ne forsitan irati in pejus se præcipitent. Semper tamen eò annitamur, quo contrariam ideam & affectum introducere possimus, sic tristes cogitationes musicâ sunt discutiendæ, concentus enim apti animam exhilarant, tristitia nebulae pellunt. Audacia coercenda est plagis etiam severis poenis. Sic virginum milesiarum perversa mortis cu-  
piditas sublata fuit per poenam severam, quæ erat, ut suspendio con-  
fectæ virgines nudo corpore per medium forum palam efferentur. Melancholia ab amore & venere felicissimè curatur, si potiatur re  
amatâ æger, Vanitatem improviso gaudio levandi sunt. Furor, au-  
dacia rebus tristibus & metu incutientibus est imminuenda.

Excrementorum quæ alimenti confectionem ut scobes fabrum lignarium sequuntur, proventus etiam observari debet. Alvis suum faciat officium, fœminæ lunare tributum rite solvant, conjugium quoque licitum & moderatum est celebrandum. Imò omnibus excrementis ut justo tenore natura liberetur,  
omnis lapis movendus.